Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



℟ Scio enim quod redemptor meus uiuit et in nouissimo de terra surrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea uidebo deum.

℣ Surgunt mortui et resurgunt qui in monumentis sunt audient uocem filii dei
et procedent. Et reliqua. Lectio libri Iob. III.

Manus tuae fecerunt me. et plasmauerunt
me totum in circuitu. et sic repente precipitas
me. Memento quaeso quod sicut lutum
feceris me. et in pulverem reduces me. Nonne
sicut lac mulsisti me. et sicut caseum me
coagulasti. pelle et carnibus uestisti me.
ossibus et neruis compegisti me. Vitam et
misericordiam tribuisti mihi. et visitatio tua
custodiuit spiritum meum. ℟ Manus tuae domine fecerunt me
et plasmauerunt me totum ego autem homo natus de muliere breui uiuens tempore
peccati iniquitatem feci in conspectu tuo. ℣ Dum veneris iudicare
nolime condemnare ne gaudeat inimicus meus super me. Incipit. IN. II. NOCT.

℟ In loco pascue ibi me collocauit. ℣ Dns regit me. ℟ Delicta iuuentutis mee et ignorantias
meas ne memineris domine. ℣ Adte dne leuaui. ℟ Credo videre bona domini in terra